

probationibus fuisse usus; ac probationem illam suam non satis firmam esse ipse sensisset, pergit §. 8: *Hæc nostra assertio, ne nudis NB. conjecturis innui videatur, alio exemplo, quod rem planè efficiat, eam declarabimus. Matthæus Evangelista ad Christum applicat verba Hoseæ: Ex Ægypto vocavi filium meum, Cap. XI. 1. Ipsum autem Prophetam evolventibus patebit, sermonem ibi esse de populo Israelitico. — Optimo jure hæc facit, cum apud Judæos usitatum fuerit, hoc Prophetæ dictum ad Messiam accommodare. — Ecce luculentissimum Cabbalæ symbolica exemplum. Porro §. 10. p. 10, ubi de Cabbala historica agit, inter alia, unde, inquit, Paulo constabat, præ cæteris magis Jannem atque Jambrem Moysi se opposuisse, nisi ex Cabbala, & §. 22, ubi de Cabb. Theologica tractat, dicit: Christum sæpè mentionem fecisse regni cælorum, & eandem summam fuisse doctrinæ Cabbalisticæ, concludens §. hisce verbis: Quis dubitet, eum (Christum) hoc ipso Cabbalam istam dogmaticam veterum Ebræorum suo probasse calculo. Cætera ibidem legi possunt. Verum non potest probare Lightfoot, vocem עֲשֵׂוּאָו per שָׂרָר, sensu rabbinico acceptum, h. l. declarandum esse; & usus vocis שָׂרָר biblicus allegoricam non infert expositionem, ceu ante dictum. Et si Christus cum Phariseis h. l. agit, (cei vult Lightfoot,) qui Theologia de Messia depravata, religionem in externo cultu & opere operatio consistere existimabant, cont. Carpzov. introduct. in Th. jud. p. 30, quomodo dicere potuit; juxta eorum inquisitionem scripturam de semet testari? Annon potius cæcos eos vocasset, ac depravatores, ut Matth. XV, 14. ? Sic Pf. Th. Herm. p. 174. allegoricas Judæorum, qui filii sunt Phariseorum, explicationes, esse potius depravationes dicendas, ait p. 174. Hottingeri ac Leusdenii judicium exhibui C. III. quæst. 3. Contra Rich. Simonis autem rectè insurgit Tenz. Coll. mensr A. 93. p. 282. hisce verbis: Simon bleibt bey seinem alten/nemlich die Traditiones zu behaupten / und schäuet sich nicht / wieder die klaren Exempel des neuen Testaments Christum und Apostel zu beschuldigen / daß sie denen Phariseern im allegorischen gänglich beygepfichtet. Exempla quædam observati sensus literalis his propositis adjungit, in N. T. occurrentia; e. g. quando Christus*

Matth.